UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 13. Quiddam de Vrsorum adipe dictum à Theophrasto, non satis ex fide à Plinio relatum videri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70864

Visual Library

Græca vox paulo negligentiùs expreſſa, videte, quantum errorem & ſodali illi noſtro, qui modò diſceſſit, & fortaſſe etiam aliis obiecerit. φοίνιξ enim Græcè palma eſt, cuius arboris nõ tantùm fructus eſui ſunt, ſed etiam medulla, quam & Græci ἐγκέφαλον, & Latini cerebrum vocant. De illa autem loquitur Plutarchus, non de Phœnicis commenticiæ auis cerebro. Theophraſtus libro ſecundo περὶ φυτῶν, vbi de Palmarum generibus agit: καὶ γὰρ ἐξαιρεθέντος τοῦ ἐγκεφάλου, ζῶσι, φύοντες ἀπὸ τῶν ῥιζῶν παραβλαστάνουσι. Plinius: *Sunt & cæduæ Palmarum quoque ſiluæ germinantes rurſus ab radice ſucciſæ. Dulcis medulla earum in cacumine, quod cerebrum appellant: exemptaq́ꝫ viuunt, quod non aliæ.* Meminit & Galenus libro octauo De facultatibus ſimplicium medicamentorum, & alij. Quod autem hic ait Plutarchus, è Xenophonte videlicet ſumpſit, apud quem id relatum eſt libro ſecundo Anabaſeos.

Quiddam de Vrſorum adipe dictum à Theophraſto, non ſatis ex fide à Plinio relatum videri.

Capvt XIII.

Videtvr Plinius non ſemper inſpexiſſe veterum libros, cùm quæ ab eis ſcripta erant, referre vellet: ſed interdum nimis fidens memoriæ ſuæ, quædam non ſatis fideliter tradidiſſe. Quale eſt quod ſcribit libro octauo, Theophraſtum credere, certo quodam tempore anni, quo latêre vrſi & ſupra modum pingueſcere, altiſſimo ſomno oppreſſi ſolent, coctas quoque eorum carnes, ſi aſſeruentur, increſcere. Neq. enim id Theophraſtus de coctis carnibus, quod prorſus incredibile eſt, ſed περὶ στέατος, id eſt, de adipe dixerat. Adſcribam verba nobiliſſimi Philoſophi ex libro De odoribus, vt ea politiſſimus & accuratiſſimus in-

terpres Turnebus reddidit: ita enim nunc quide
malo, quàm Græcè: *Huiuſmodi autem natura conſp*
atque contagio in aliis etiam quodammodo euenit. Tu
enim cum vua efflореſcens tentari videtur: & allia ce
tum acerrimi ſunt odoris cùm in terra germinant. Sed p
terea accidit, vt vnà etiam ipſa germinent: atq; omnium
nia quæ tunicata conſtant radice, modò non exaruerint, g
minationis tempore mouentur: cùm inſita cuique vis ſo
tetur & excitetur. Sed omnium iſtorum admirationem
cilè ſuperat, quod in adipe vrſino euenit, qui latebra in c
pore exundat, intumeſcensq; vaſa implet. Theoph
verba paulo altiùs repetij, vt è ſimiliũ collatione m
gis intelligeretur, id quo de agebatur.

Cur maior in nonnullis ciuitatibus, quàm in aliis, exiſ
fortium virorum copia ſoleat, ex Hippocrate ex-
plicatum. CAP. XIIII.

QVOD lauti ac ſumptuoſi homines facere in
bis ſolent, vt iis quæ in mari naſcuntur, mag
mediterraneis, quàm in maritimis locis gaudeãt: co
traq. cùm in mari verſantur, iis veſcantur libent
quæ niſi in continenti reperiri non ſolent, vt ipſa
regrinitas pro condimento eſſe, & cibis præcipu
quandam gratiam conciliare videatur: idem ego
ſtudiis interdum facio: & ſi quid aut apud gramm
ticos, quod ad ius ciuile; aut apud phyſicos, quod
politicen; aut denique apud quemque, quod ad ali
artem quàm eam, quæ ab eo præcipuè tractatur, p
tineat, reperio, eo mirificè capior: multoque ma
afficior, quàm ſi id ipſum reperiſſem apud aliũ ſc
ptorem, cuius ea tractatio propria eſſet. Vt nupe
cùm quæſtionem politicam, & magni quidem m
menti, deprehendi à principe medicorum Hipp
cra